ILLVSTRISS. D.D. CHRISTOPH.

CRESPI DE VALDAVRA,

MONTESSIANÆ RELIGIONIS MILITARIS STEMMATE, Et magna Clauigeri dignitate inſigniti, Potentiſſimi PHILIPPI IV. in Rebus eiuſdem inclitæ Monteſſianæ Militiæ Aſſeſſoris Generalis, eiuſdémque Maximi Monarchæ à Conſiliis OLIM in Regia Audientia Valentina, POSTEA in Supremis Conſiliis Aragonum & Sanctæ Cruciatæ, NVNC eiuſdem Sacri Supremi Regij Conſilij Aragonum Summi Vice-Cancellarij, & Summi Preſidiis.

OBSERVATIONES ILLVSTRATÆ DECISIONIBVS

SACRI SVPREMI REGII ARAGONVM CONSILII, SVPREMI CONSILII SANCTÆ CRVCIATÆ, & Regiæ Audientiæ Valentinæ.

TOMVS SECVNDVS.

47697

LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.
M. DC. LXII.
CVM PERMISSV SVPERIORVM

BIBLIOPOLA AD LECTOREM BENEVOLVM.

ETiamſi (AMICE LECTOR) non fuerit mens Illuſtriſsimi ac Eruditiſſimi Domini Vice-Cancellarij huiuſce Præclari operis Authoris bifariam diuidere; tamen pro legentium maiori commodo in duos tomos diſtinximus. Hoc tantùm te volebam monitum. Vale & fruere.

OBSERVATIONES ILLVSTRATÆ DECISIONIBVS.

OBSERVATIO XLI.

Caducato medio gradu, an caducetur etiam conditio, ſine filiis, in eo adiecta, vel obſtet ſequenti ſubſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſuper quâ lis vertitur, tranſcribitur.*

2 *Factum refertur. & 3.*

4 *Caducato medio gradu, an intelligatur etiam caducata conditio in eo adiecta.*

5 *Caducari conditionem appoſitam in alio gradu, quàm eum, per quem defertur ſucceſſio, defendunt plures, & eâ tenacitate aliqui, vt aſſerant ab eâ ſententiâ non poſſe recedi ſine proteruiâ.*

6 *Caducato gradu, non caducari conditionem in eo adiectam, & obſtare ſubſtitutis; alij etiam neruosè probant, & non poſſe in contrarium dari ſolidam rationem, affirmant.*

7 *Vtraque opinio ab extrinſeco probabiliſſima eſt. Vtraque communis. Vtraque ſecurior, & verior affirmatur. & 8.*

9 *Conditio*, ſi ſine liberis, *poteſt apponi à Teſtatore in ſubſtitutione vulgari.* 33. & 37.

10 *Subſtitutio compendioſa, reſpectu certæ rei, per verba communia, non continet* directam; *ſed* obliquam *ſubſtitutionem, ſi fiat in hæreditate: quia habet vim fideicommiſſi, & res ab hærede accipienda eſt. & 11.*

12 *Subſtitutio compendioſa, facta verbis ciuilibus directis, etiam in re certâ directa eſt.*

13 *Subſtitutio fieri poteſt in legato aut fideicommiſſo, & verbis communibus, etiam eſt directa.*

14 *Subſtitutio compendioſa omnes alias comprehendit, & adiecta conditio*, ſi ſine liberis, *in eâ; ad omnes extenditur, & ſolùm de vulgari ſolet dubitari.*

15 *In militari ſubſtitutione, comprehenſa in compendioſâ, intelligitur conditio*, ſi ſine liberis.

16 *Conditio*, ſi ſine liberis, *etiam in Pupillari, & exemplari ſubſtitutione intelligitur.*

17 *Pupilli plures liberos ſuſceperunt.*

18 *Pupillus in Regno, dicitur vſque ad quindecim annos completos, & facilius eſt, vt liberos habeat.*

19 *Gradus an perſonæ ſuccedant in locum gradus caducati.*

20 *Referuntur opiniones circa eam quæſtionem.* 21. 22. & 23.

24 *Quæſtio decidenda in lite præſenti, quæ ſit.*

25 *Voluntatis actus vnicus ſufficit, vt in omnibus ſubſtitutionibus, comprehenſis in compendioſâ, teſtator conditionem*, ſi ſine liberis *includat. & 41.*

26 *Conditio*, ſi hæres non erit, *comprehendit caſum* voluntatis, *&* impotentiæ, *& vnico actu voluntatis à teſtatore adſcitur. & 118.*

27 *Quod vnâ conditione datur, ſub contrariâ ademptum intelligitur. & 113.*

28 *Voluntatis, ſiue volitionis duo actus requiruntur, vt conditio*, ſi ſine liberis, *ab aliquâ ex ſubſtitutionibus comprehenſis*